Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



78.

umbram noctis ad aeris usque
& ablteris confinium philosophi
dicunt exaltari. & acuminatis
instar pyramidum tenebris lunaq;
infima planetarum currit aliquan
do contingi atque obscurari. Nul
lumq; aliud sidus taliter eclipsin
hoc est defectum sui luminis pati
eo quod circa fines telluris solis splen
dor undique diffusus ea libere quae
telluri procul absunt aspiciat. Ideo
q; aetheris quae ultra lunam sunt
spatia diurnae lucis plena semp
efficiat. uel suo uidelicet uel siderū
radiata fulgore. & quomodo nocte
ceca procul accensas faces intuens
circumposita qq loca eodem lumi
ne perfundi non dubitas. tam & si
tenebris noctis obstantibus non
amplius quam solas fac um flamas
cernere praeualeas. tranquillum
purissimum illud & proximum
caelo inane diffusis ubiq; siderum
flammis semper lucidum fit.
Sed pedtis aere crassiori nostris
obtutibus sidera quidem ipsa luce
radiantia parent. Verum reddita
exeis inlustratio non par est. Luna
uero aiunt cum infimas sui circuli
absidas plena pertiert. Nonnūquā
umbra memorata fuscari. donec
paulatim centrum terrae egressa
rursum asolecernatur. Verū nec hoc
omni plenilunio patiatur latitu
dinem ei signiferi quae xii partū
est diuersamq; absidarum altitu
dinem succurrere. Namquia
in umbra faciendā tria simul cur
rere necesse est lucem corpus &
obscuratum locum. & ubi lux cor
pore exilior ibi umbra sine termi
no augescit. Ubi lux corpore
maior. ibi umbra paulatim rarescendo deficit. Argumentantur
solem terra esse maiorem. quāuis
ob immensam longinquitatem
modicus esse uideatur. atq; ideo
noctis umbram quia sensim de
crescat prius quam ad ablera p
tingat deficere. Meminit huius
umbrae ac noctis & beatus ambro
sius in sexto exameron libro ita
dicens. Annon ille idest mos sep
putauit dicendum quantum
de spatio aeris occupet umbra
terrae cum sol recedit a nobis
diemq; abducit inferiora axis
inluminans. & quemadmodum
in regionem umbrae huius incidens
lunae globus eclipsin faciat;

et ubi lux corpori par est. ibi equalis umbra iacet